



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

Partitio totius instructionis, & status nostri

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

PARTITIO TOTIVS
INSTITUTIONIS,
AC STATUS NOSTRI.



MNIS. fratrum nostrorum disciplina, ad quatuor redigitur partes, ad mortificationem passionum, ad virtutum acquisitionem, ad studium orationis, ad cœnobiticæ vitæ actus, siue omnibus communes, siue alicui peculiare.

1 Oportet quippe, ad vitam Monasticam rectè instituendam, indomitas passiones, quæ in sæculo vitiorum seminaria fuerunt, subiugare: virtutes, quæ defuere, animo inducere; ac mentem rebus caducis olim intetam, Deo per orationis studium conciliare; vt ijs demum officijs, statui nostro, per communes actus satisfiat.

2 Oportet quippe, ad vitam Monasticam rectè instituendam, indomitas passiones, quæ in sæculo vitiorum seminaria fuerunt, subiugare: virtutes, quæ defuere, animo inducere; ac mentem rebus caducis olim intetam, Deo per orationis studium conciliare; vt ijs demum officijs, statui nostro, per communes actus satisfiat.

3 Perfectio enim status nostri tanta est, vt partes eas oēs, à cultoribus suis exposcat, & ad obtinendum, quod requirit, apposita valde media præscribat. Ferte enim secum, quotidianis vitæ cō-

munis exercitijs, multiplices actus ad
passiones edomandas, ad virtutes acqui-
rendas, ad orationis peritiam compa-
randam: vt ad diuinæ charitatis, ac pro-
inde totius legis finem pertingat.

4 Tribus primum votis obediētia scilicet, quæ animum Deo sociat; castitatis quæ carnis curam; paupertatis, quæ bonorum externorum sollicitudinem excludit, animos ad Dei vnionem acriter vrget: & vt ab omnibus eos laqueis expediat, quartum, non ambiendi votum apponit.

5 Vtitur Regulæ præscriptionibus, ad ea vota perfectius obseruanda mirum in modum opportunis: nihil enim tamen minimū, nisi in verbo Domini, hoc est, superioris iussu fieri permittit, qui obediētia cultus est: orationē perennē, recessum, abstinentiam ab esu carniū, longa ieiunia, strictissimum silentium, & id genus alia præcipit, quæ castitatē velut arce tuta septam custodiunt: rerum temporalium vsum necessarium adeo paracè concedit, vt non res superfluas, etiam modicas tantū, sed verba quoq; prohibeat: ne quis aliquid sibi propriū esse dicat.

Praefatio exhortatoria.

dicat : qui paupertatis ex mius decor est.

6. Utitur etiã status noster monitis constitutionum, quę sunt quędam Regulę, derivationes, multa Patrum nostrorũ consilia Regulę ipsi affinia complectētes; quibus, quicquid ad hominē totum perfectionis Monasticę partibus cõponēdum spectat, comprehenditur, & adiunctis instructionibus perficitur.

7. Denique cum instituti nostri finis duplex sit, alter & prior, contēplatio, alter verò actio; sic status noster omnia prædicta tēperat, ut nō modò ad propriam, sed ad proximorũ quoq; salutē animos instruat: ne quid ad Christianę perfectionis absolutionem desideretur.

8. Hęc si novi fratres initio cursus exactè præstare possent, instructione alia nō indigerent: at quia nequeunt, opus est peculiarem quandam methodum eis proponere, qua status nostri, quam totius vitę decursu seruaturi sunt, doctrinam ediscant. Partes ergo quatuor superius recensitas, eadem serie, qua propositę sunt, tractatibus quatuor persequemur.